



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Seruire Deo debemus p[ro]pter quinq[ue].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Eccle. 5 dormiat. Primum ut uigilando laboret. Ecclesiasticus. Dulcis est somnus operanti. Secundum est ut sobrio cibo & potu utatur. Bernardus. Sobriū cibum, sobrium sensum, sobrius sequitur somnus.

*Seruire Deo debemus propter
quinque.*

Eccle. 12 **P**rimo, quia ad hoc de nihilo nos fecit. unde Ecclesiast. Time deum & mandata eius obserua. hoc est omnis homo. idest ad hoc factus est
Iob. 5. omnis homo. Iob. Homo natus est ad laborem, &c. Et hæc est sententia Chrysostomi, quod homo ad hoc creatus est, ut deo seruiat, & deo placeat. Secundo quia seruire deo, magna dignitas & nobilitas est. Et est
Ambr. Mat. 11 sententia D. Ambrosij. Tertio, quia seruitium eius leuissimum est. Marc. Tollite iugum meum super nos, &c. Iugum enim meum suauē est, & onus
I. Io. 5. meum leue. Et Ioannes asserit mandata dei non esse grauiā. Quarto, quia seruire deo magna utilitas est. quia qui seruiunt ei in præsentem, erunt cum eo in futuro in regno suo. Io. 17.
Io. 17 Volo pater ut ubi ego sum, illic sit & minister meus, &c. Et tunc transiens

ministrabit illis, &c. Quinto quia Luc. 12.
 seruiuit nobis. seruiuit enim triplici-
 teti nobis. Primo per suos, scilicet an-
 gelos, prophetas, apostolos, & san-
 ctos doctores ecclesie. Secundo, per
 sua, scilicet per celum & terram, per
 Solem & Lunam; Mat. 10
 Matt. Qui Solem
 suum facit oriri super bonos, & ma-
 los, &c. Tertio per se, scilicet nobis
 predicando, pro peccatis nostris mo-
 riendo; Isa. 43.
 Isa. Seruire me fecistis in pec-
 catis uestris.

*Spiritus sancti preparatio
 multiplex.*

Prima est a peccatis per ueram
 compunctionem, & humilem
 confessionem, purgatio. Non
 enim habitat spiritus sanctus in cor-
 de immundo. Vnde legitur in Gen. Gene, 8
 de columba qua figura erat spiritus san-
 cti; que cum non inueniret ubi requie-
 sceret pes eius, reuersa est in archam.
 aqua enim erat super uniuersam ter-
 ram. Non immergit se columba in
 aquis, nec spiritus sanctus intrat ubi
 est diluuium peccatorum. Secunda
 ratio est, sicut enim aliquis libenter
 declinat in hospitium, in quo scit de-
 siderari aduentum suum, precipue